

1791

C O D I C E S

1792

CCCCLIV.

98 Codex chartaceus lat. germ. Sec. XVI. Folior. 107. f. est *Pars III. Adversariorum Job. Fabri* in caussa Religionis, eadem Donationis formula excusa et calamo exarata, instructa, ut praecedentes duae, continetque I. *Responsonem latinam Protestantibus datam 2. Aug. 1530.* quae habetur *Coelestini Hist. Comitior. T. III. p. 1.* Deest tamen in *Cod. nostro* Praeloquium et statim ab *Articulo I.* incipitur: *Imprimis cum articulo primo confiteantur &c.*

II. continet a *fol. 49.* eandem *Responsonem in vernacula.* Atque hic adest et Praeloquium, quod sic orditur: *Die Römische kayserliche Mt. vnnsrer aller genedigister herr. Alls sy verruckter tagen von den churfursten von sachsen &c.* Partem hanc ex *Fabri* mandato subscripsit *Christoph. Seyfrid.*

CCCCLV.

99 Codex chartaceus lat. Sec. XVI. Folior. 150. f. est *Pars IV. Adversariorum Job. Fabri* in caussa Religionis iisdem formulis a *Wenc. Ceditzer* subscriptis instructa, continetque I. *Sententias Ulrichi Zwinglii* ex variis ejus *Scriptis* excerptas, quibus *Faber* ad informanda sua contra illum *Opuscula* deinceps usus fuisse videtur.

III. et quidem a *fol. 95.* *Chronicon Bohemiae* ab anno

MCCCXLVIII. ad finem anni MCCCXXI. pertingens, *Job. Husso* favens et turbas Religionis ergo coortas praecipue enarrans, insertis etiam compluribus *Documentis* lingua gentis conceptis. Orditur vero illud hoc modo: *Anno domini M. CCC. XLVIII°. Karolus Imperator fundavit in Praga Studium Vniuersale in Theologia, Jure Canonico, Medicina et in artibus. Cuius locus primo fuit in domo contigua cimiterio S. Francisci &c.* Desinit autem imperfectum: *Et cum Zizka cum suis prope Zlutz ad montem dictum Wladarz perueniret, et cum curribus et equitibus ascenderet, se cum suis coniungens curribus — —. A 26. Junii 1420. usque ad finem Diarii Belli Hussitici Laurentii Byzynii, melius Brzezinae, quod mancum J. P. Ludewig T. VI. Reliq. Mss. ad p. 124. inferuit, eadem paene, quae Chronici nostri, verba legas, ut adeo Brzezinae Chronicon ab alio in principio auctum interpolatumque credamus. De eo Cl. Raph. Ungar in not. ad Bob. Balbini Bob. doct. p. 233.*

CCCCLVI.

Codex chartaceus lat. germ. 100 Sec. XVI. Folior. 120. f. est *Pars V. Adversariorum Job. Fabri* in caussa Religionis, donata, ut praecedentes, *Collegio D. Nicolai* praeter formulam impressam id manu etiam adtestante *Gregorio Ruch.* Habetur hic *fol. I.* *Confutatio*

1793

P O L E M I C I.

1794

futatio *Scripti a IV. Civitatibus, Argentina, Constantia, Memminga et Lindavia* ad Sacramentarios deflecentibus *Imperatori oblatis*, quod supra *Parti II.* horum *Adversariorum fol. XI.* et *XXVII.* insertum legitur, cujusque meminit *Coelestinus T. IV.* p. 93. Meminit et Confutationis praesentis a *Fabro* et *Eccio*, ut ait, elaboratae p. 95. Incipit vero ista: *Sacra Caesarea et Catholica Maestas uisis diligenter et accurate articulis quatuor ciuitatum &c.*

Fol. XXXI. Responsum Germanicum Civitatum, cur Decreto Spirensi an. 1529. dato audientes esse non possint. Insertum etiam *Parti II.* horum *Adversariorum fol. VI.*

Fol. XXXVI. Von Haimlichen vnnnd vffrierigen Briefen sammt ainen psalmen vsgelegt wider den vffrierigen abtrinnigen Münch Martin Luther. Noti sunt vani illi metus ab *Ottone Packio* incussi *Hassiae Landgravio* an. 1528. de foedere inter Principes Catholicos clam *Wratislaviae* concluso, de quo videri possunt *Hortlederus T. I. L. 2.* p. 577. *Sleidanus L. VI. ad h. a.* *Struvius Corp. Hist. Germ. T. II. p. 1011.* Scripserat hac de re *Lutherus* ad *Wenc. Lincum* epistolam sat acerbam, quam exhibet *Cochlaeus de Aët. et Script. Luth. ad h. a. p. 187.* in qua inter alia: *Ego sciens scio, non esse foedus istud merum nihil aut Chimaeram.* Epistolam hanc presfo pede hic sibi confutandam

sumsit *Faber.* Scriptum ἰδιωματικόν est, incipitque: *Luther I. Wollen. Doctor Fabri. Lieber Luther wie kannst du sagen das die schuld nit dein ist, dieweil du den brieff gemachet hast &c.*

Fol. LXVII. Catalogus Librorum Caesari oblatus, germanice, ut P. II. horum Adversar. fol. CCXXVIII.

A *fol. LXX.* ad finem *Fragmenta varia Responsonis* cum ad varios *Confessionis Aug.* articulos, tum ad *Scriptum IV. Civitatum*, de quo supra *fol. I.*

CCCCLVII.

Codex chartaceus lat. Sec. 101 XVI. Folior. 166. f. est *Pars VI, Adversariorum Job. Fabri* in negotio Religionis *Collegio D. Nicolai* ejus jussu typis et manu *Christophori Gepfrid* olim adscripta, continetque *fol. I.* rursus *Catalogum illum Librorum Carolo V. 13. Julii a. 1530. oblatorum* latine, qui *Parte praeced. fol. LXVII.* occurrit germanice. Horum *Tractatum* aliqui nunc consequuntur, et quidem

Fol. III. Hereses et errores ex diuersis Martini Lutheri libris in unum collecti. Lutheri Asserta hic in III. *Libros* tributa sunt, quorum I. de *Verbo Dei, Ecclesia, Pontifice &c.* II. de *Sacramentis*, III. de *Cerimoniis* per Capita agit, adnotatis in margine Lutheri *Scriptis*, unde deprompta sunt.

Fol. LX. Monstra Sectarum Ex Lutero enata. Jam et P. II.